

169

**IUSTA FUNEBRIA.**

**VIRO.**

**NOBILISSIMO. AMPLISSIMO. CONSULTISSIMOQUE.**

**DOMINO.**

**DN. CAROLO. ALBERTINO.**

**DE. OSTENBVND.**

**INCLVTÆ. REIPVBL. GEDANENSIS. SYNDICO.**

**PER. MVLTOS. ANNOS. CLARE. MERITO.**

**A. d. XXIV. DECEMB. A. O. R. MCCCML WARSAVIÆ. EXTINCTO.**

**ET. d. XV. JANVARI. A. S. R. M. DCCII.**

**THORVNIL**

**SOLENNIORÈ FVNERE.**

**IN. TEMPLO. MARIANO. CONDENDO.**

**OFFICIOSA. MENTE. PERSOLVTA.**

**GYMNASII. THORVN.**

**RECTORE. ET. QVIBUSDAM. PROFESSORIBVS.**

**THORVNII.**

**EX. OFFICINA. NOBILISS. SENATVS.**

**AT. GYMNASII**

*M. George Brenden*

*Rector*

*ba*

Goll.

ntor.

Coll.

llega.

**B**eklaget / wie ihr wollt / der Cabinetter Schaden /  
Die Ihr / was curicus, so hoch als Reichthum schätzt;  
Bejammert den Verlust / mir dem ihr steht beladen /  
Wenn je des Räubers Hand ein Kunst, Gemach verlegt:  
Viel mehr / und aber mehr / ist sehnlich zu bejammern /  
Wenn ein Welt, witzig Mann eilt zu des Todes Kammern.

Wahr ist: ein edler Stein zeigt von des Schöpfers Güte /  
Ein jedes Erz, Gewächs führt uns zu seiner Macht:  
Ein curicus Bild begeistert das Gemüthe;  
Was ehmahls Rom gepregt / belehret ihre Pracht.  
Sol einstens unser Hertz im Tode nicht erschrecken /  
So kan ein Sceleton uns zu der Busse wecken.

Allein! wer ihm den Schatz der Klugheit beygelegt /  
Und das gemeine Heyl vor seinen Leit, Stern hält:  
Wer nach der Politic des Amtes Pflicht erweget /  
Und selbst zur Tugend sich / als Schutz, Göttin, gefelle /  
Der ist an seinem Ort noch höher zu entzücken /  
Als alles / was uns mag im Cabinet erquicken.

Gar billich klagstu nun / du Fürstin Preussischer Städte /  
Nach dem dein Albertin die Welt geseget hat.  
Du ehst zwar noch (ich weiß /) getreue / Kluge / Kähte;  
Doch dieser wars / der dich zu Hof erwünscht vertrat.  
Er konte nicht allein von Staats, Maximen schwätzen;  
Er wußt auch deine Stadt ins Königs Huld zu setzen.

Sol ich sein löblich Thun in kurze Zeilen fassen?  
Er war vom klugen Witz ein lebend Cabinet.  
Gemeiner Wolsahrt Trieb hieß Ihn die eigne lassen.  
Er floch der Ehren Schein / und doch würd Er erhöht.  
Umb daß Er Anschlag gab / zum Ost, Bund zu gelangen /  
Hieß selbst der Kaiser Ihn mit Helm und Schilde prangen.

Doch wirstu / Edle Stadt / deswegen dich nicht kräncken.  
Welt, Kluge gehen ein / und kommen wieder auff.  
Mustu schon diesemahl ein theures Pfand versenden /  
Doch heilet den Verlust der besten Zeiten Lauff.  
Wird deine Jugend sich zur Klugheit lassen lencken /  
So wird der Himmel dir mehr Albertin schenden.

M. George Wende /  
Rector.

Ad

Ad Nobiliss. Virum D. STAMBKIVM, Electoris Brunsvicens. & Lüneburg.  
Secretarium, Obicum Amici C. ALBERTINI Warfavia lugentem.

**T**ibine Calendas Januarias gratulabor, an tuas dolebo  
vices? utrumq; ad me pertinere intelligo, quoties memi-  
nisse subit amicitiae tum in Academia, tum patrio in solo culta.  
Exstant & alia luculenti favoris tui hic Thorunii adversum  
me argumenta, quibus me devinxisti. DEUM itaq; obsecro, ut  
annum hunc ineuntem faustum Tibi esse jubeat, & quaeq; agis,  
approbata fortunataq;! Sed doleo quoq; amicorum intimum,  
quem studiorum necessitudo morumq; similitudo arcto quasi  
foedere Tibi junxerat, rebus humanis exemptum! Publicum  
Secretarii munus Patria Respubl. Illi dederat, ad Domum Au-  
gustam, Sarmatiaq; Proceres amandaverat, publicis illic invi-  
gilaret commodis. Et nitabatur NOSTER de Civibus suis  
bene mereri, bonaq; eorum excolere. Cognita est ejus alacritas  
in omni negotiorum genere: perspecta in rebus perficiendis con-  
stantia, suscipiendis felicitas, difficillimis praesertim Interregni  
temporibus. Erat Ille Aulae juxta & Civitatis perquam gna-  
rus, & hanc peritiam non statis modo Comitiorum diebus, non  
mensibus, sed aliquot continuis annorum lustris, consiliorum  
publicorum inspectione sibi paraverat: Nam quanta in im-  
minentibus periculis hic opus sit prudentia & sagacitate,  
illi enarrent, qui ejusmodi munerum functiones cum laude ob-  
iverunt. Similiter aliis quoq; celebrandum relinquo, quas lau-  
des mascula dicendi vi, ac Latina Orationis majestate, apud  
ipsum Principem ejusq; Purpuratos promeritus fuerat. Facile  
itaq; capio, quantam in ejus morte jacturam feceris: nec est, cur  
quis miretur, me hac epistola interprete erigere Te voluisse, ex-  
tincti desiderium mitius seras. De me etiam memineris, quae so-  
ut per Caesaris Oratorem, Varavia degentem, Privilegium  
super Ephemerides meas Vienna consequar. Nitav utissim,  
ut officio atque pietate, sed laetiori scribendi genere, gratum me  
ostendam. Vale, Nonis Januarii M DCCII.

PAVLVS PATER, Mathem. Prof.

**N**umne audent stimulare Deas tua funera nostras  
 Dantiscum? ad luctum damna vocare chelyn?  
 Nonne domi nobis seges est sat opima dolendi?  
 Ut sit opus flendi quærare materiem.  
 Aspice, adhuc tremulas Cyrrhæa cacumina mittunt  
 Stillas, & Clarias commovet æstus aquas.  
 Nubila texerunt bis cœli altaria, jussi  
 Bis dedimus planctus, bis pia justa viris.  
 Nescio, num quando nostrorum funera flebas  
 Tu, nostra aut Helicon plangere visus erat.  
 Sed benè res cecidit, defleto carmine nunquam  
 Nostros, non cupimus talia dona tua.  
 Te cupiente damus tibi sed lugubria metra  
 Nos hodie, lugens metra petita lege.  
 Causa subest luctus, tacet os & lingua Senatus  
 Urbis, quæ placuit dexteritate, fide.  
 Hæc fuit interpres, certa & tutela bonarum  
 Rerum, nescivit succubuisse malis.  
 Noverat is gyros & ventos noverat aulae,  
 Ut flabant ista, vertit & ille ratem.  
 Non poteris rectum si semper currere cursum,  
 Permodicum fraudis jungito consiliis. (a)  
 Nulla statuta Deum profunt, sunt irrita cuncta,  
 Mercurius si non adjuvet ipse deos.  
 Consilium prudens non raro vilis atq; est,  
 Ni illud fermentet Syndicus arte vafer.  
 Argus erat Noster, prudentia luminis instar  
 Multi, non poterat mente doloq;ve capi.  
 Argo major erat, nam nunquam lumina clausit  
 Vivens, novi Argum succubuisse sono.  
 Erro, Nostrum Argum tandem nox occupat atra  
 Mortis, concludit lumina lassâ sopor.  
 Arge jaces, donas artus corpusq;ve Thorunæ,  
 Dantiscum merita at possidet illa tua.  
 Possidet & nomen Prullus Regnumq;ve Polonum,  
 : Stellatos felix mens animusq;ve Polos.  
 Ut benè vixisti, sic te benè dividis ipsum,  
 His nam te totum, Syndice, debueras.  
 At tu quid reddes, ô Hæres! posteritasq;ve?  
 Appendas tumulo laurea ferra viri.

(a) Hæc est, ut scribitur in *misera* (Prudentia) & jungam aliquid à fraudum face? Quærit Lipsius  
 L. 4. Civil. Doctrinæ c. 13. p. 289. & respondet: Ego puto, quidquid Zenones quidam mihi adnuant  
 quibus unum illud ad laudem iter cum virtute probatur. Hæc ille & plura. De hic locum Sym-  
 bolo Friderici Taubmanni: *Simplicitas astu fermentata triumphat.*

Qualem fuisse hunc virum audivit, talen  
 parte aliqua expressit.

JOHANNES REZIK, P.P. & Visit. Gymnasii